UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Præventione Ivdiciciali [!], Sev De Contentione Ivrisdictionvm

Tonduti, Pierre François de

Lvgdvni, M.DC.LXXIII.

Inclyto Et Excellentissimo D. D. Petro Francisco De Tondvti, San-Legerii Toparchæ, Tractatvs Præventionalis Avthori, Epigramma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-98370

Visual Library

PER-ILLVSTRI VIRO,

D. PETRO FRANCISCO DE TONDVTI,

SANLEGERII DOMINO,

Vtriuſque Iuriſprudentiæ Peritiſſimo & Conſultiſſimo.

In præclara & Egregia Opera ab Eo doctiſſimè & luculentiſſimè elaborata.

ANAGRAMMATISMVS.

PETRVS FRANCISCVS DE TONDVTI.
FERT IVS PRVDENTIS AD CVNCTOS.

DISTICHON.

Quod tulit ad Ciues patria Vir doctus in ora;
Nunc toto AD CVNCTOS FERT IVS PRVDENTIS in Orbe.

IAMBICVM.

Iuuenta IVS PRVDENTIS ad Ciues tulit,
Senecta doctis FERT id AD CVNCTOS libris.

T. BILLON. Iuriſconſultus Aquenſis.

INCLYTO

ET EXCELLENTISSIMO D.

D. PETRO FRANCISCO DE TONDVTI,

SAN-LEGERII TOPARCHÆ,

TRACTATVS PRÆVENTIONALIS AVTHORI,

EPIGRAMMA.

DVM liber hic noſtram præuenit tempore mentem,
Nos decet illius dogmata tuta ſequi.
Quidni Te ſequerer SANLEGERII inclyte? ſplendet
In cuius ſacro pectore tota Themis.
Fallor! tam ſublime volas tuæ acumine mentis;
Vt metuam Icarias, ſi ſequar, ire vias.
Sed quorſum mihi fingo metus? Themis Alta ſuadet:
Dum volat ad Superos; inter & aſtra ſedet.
Iupiter ex alto núm Libram ſuſtinet? Ergo
Hunc lege, & ille tibi Numinis inſtar erit.

ANT. FRANC. PAYEN, in Academia Auenionen. Regens ac Profeſſor Publicus.

IN TRACTATVM ABSOLVTISSIMVM
DE PRÆVENTIONE IVDICIALI,

EXCELLENTISSIMI D.

D. PETRI FRANCISCI DE TONDVTI,

DOMINI DE S. LEGIER, COMITIS PALATINI, &c.

Lectori Iuridico.

EPIGRAMMA.

QVOS habet anfractus Præuentio noſcere ſi vis?
Tutus eas tanto Præueniente Duce.
Iam ſi quod Biuium fallax occurrat eunti.
Herma hic eſt, verum hâc parte tenebis iter.

NICOLAVS ANTONIVS Mirecurianus ad Lotharingiam I. V. D. & Profeſſor.